

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Qvo pacto hebdomataria pecunia a mechanicis exigatur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

ET hoc Germanis posthac non ferendum onus est, quod synodales iudices quarundam regionum oppidula et vicus ostiatim peragrant, censusque e domibus annuos exigunt: quos ubi tenuis plebecula persolvere nequit, protinus cum excommunicationis iaculis petitur, ad eorum quoque censum cum summa rei familiaris attritione, atque attenuatione compellitur. Quod si penitus amoveri non potest gravamen, aliquo saltem sine ad equi, benique regulam coherceatur.

QVO PACTO HEBDOMATARIA PECUNIA A MECHANICIS EXIGATUR.

Pari modo proxime memorati iudices, quibusdam in locis a stabulariis, pistoribus, laniis propolis, molitoribus, eiusdemque generis mechanicarum artium professoribus, qualibet septimana pecuniam postulant: qua forte per inopiam non soluta, ecclesiastico ad id fulmine adiunguntur.

DE INIQUI VIS ECCLESIASTICORUM ARESTIS, UT UOCANT, & IMPEDIMENTIS.

Non mediocrem item superioritatis & iurisdictionis temporalis iacturam Cæsarea Maiest. Romanumque Imperium patitur, ex male observata hactenus pluribus in locis, diuturna consuetudine: videlicet, quod ecclesiastici iudices, ubi inter duos laicos civilis orta est controversia, ad alterius partis petitionem literas inhibitorias emittunt, quibus alteri partium mandant, ne inceptam coram seculari, seu suo iudice litem prosequatur, sed in ecclesiastico coram sese iudicio compareat. Cui mandato ubi pars uocata obtemperat, & se suamque causam ad suum ordinarium iudicem remitti in iudicio petit: tum primum libellus, articuli, exceptiones, replicæ duplicæ, &c. id genus scripturæ, utrinque producuntur, quibus, reliquisque actis & agitatis, perlectis, numeratisque potius, quam ponderatis, tandem

D interlo-